

## T H E S E S.

---

- I.** *Corpora ex compage particularum discretarum, quæ rite atomos vocamus, constant,*
  - II.** *Phaenomena lucis, caloris, electricitatis et magnetismi non ex viribus pendent, quæ corporibus ponderabilibus propriae sint, sed a materia quadam subtilissima (vel una vel pluribus), per hæc corpora simul et spatia coelestia diffusa, eduntur.*
  - III.** *Vulgo quidem secundum Kantium concluditur: si per materiam solummodo vis attractiva valeret, vel materia per solam vim attractivam existeret, totum mundum in unum punctum confluere debuisse, quod cum non factum sit, concedendum, vim attractivam primitivam vi repulsiva primitiva limitatam esse. Sed hæc conclusio irrita est.*
  - IV.** *Nos quidem in tribus spatii dimensionibus existimus, quarta tamen ejus dimensio non solum cogitari potest, sed etiam existit.*
  - V.** *Philosophiae studium sine matheseos et naturae studio mancum et vanum est.*
-